



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto zacharia papa. Cap[itulum]. xxvi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)



Elisabeth

uxor zacharie sacerdotis pdicti et mariter iohannis baptiste

ste fuit de filiabus aaron: cuius sanctitas in euangelio luce commendat. Nec autem cum iohanne nato parvulo in latibulo spelunce: de qua supra prime dictum est: latuit donec imantaris herodis persecutio facta in nece parvulorum cessavit. Et tunc filium usque ad annos vii. enutrit: qui eadem etate antra deserti petijt. Mater vero modico post tempore superstitit: et sanctitate et gratia plena ad ipsum in pace migravit. Sepulta in domo propria in montana iuda. Dicitur autem helisabeth cognata virginis marie: quia consobrina eius fuit. Anna enim et esmeria fuerunt sorores filie agarin: de anna nata est virgo maria: de esmeria nata est helisabeth et elud: de elud natus est emineu: de emineu natus est sanctus Servatius episcopus tractensis: de quo supra dictum est. iij. idus maii.

De sancto zacharia papa. Cap. lxxvi.



Zacharias

papae natione grecus ex patre Pollochro nio: gregorio. iij. romano pontifici in episcopatu successit: et sedit annos decem: menses duos: dies. xv. vir mitissimus: atque suavissimus: omnique bonitate ornatus: amator clericorum et populorum: tardus ad transcendendum: et velox ad miserandum: nullis malis pro malo reddidit: suis etiam persecutoribus bona pro malis restituit. Hic invenit omnem Italiam turbatam simul et ducatum romanum: persequente liudprando longobardorum rege: ac romane ecclesie iura auferente. Tantum deus huic pape gratiam contulit: ut etiam pro salute populi animam ponere non dubitaret. Qui prius missa legatione ad eundem regem. Post ipse personaliter veniens salutaria illa verba predicavit. Tulus ammonitione inclinatus rex civitates romane ecclesie pertinentes: quae per annos triginta ablatae fuerant reddidit: et pacem cum pontifice fecit: captivosque plurimos romanorum quos tenebat: dimisit. Ipsa quoque pars per annos viginti perduravit. Hic autem pontifex magni meriti et sanctitatis clericum suum valde dilexit: utpote pater et bonus pastor omnes amplectens et utiliter fovens et neminem eorum tribulanti: vel egere permitens. Cuius temporibus in magna securitate et letitia populus adeo ei commissus degens vivebat. Hic constituit filium compatrium se in matrimonio nulla

tenus iungerent. Hic dialogorum libros de latino in grecum translavit: quia verius lingue peritus fuit. Hic etiam in lateranensi ecclesia corpus beati Georgii martyris cum epitaphio grecis litteris et arato repperit: et cum magna solennitate ad velum aureum ecclesiam sui nominis condidit. Ibi quoque ipsum reposuit. Et omnibus plene et perfecte dispositis in summa pace moritur: et apud sanctum Petrum sepelitur. Ibi quoque virtutibus pollet.

De sancto Malachia episcopo. Cap. lxxvii.



Malachia

episcopus in hibernia clarus tempore eius generis pape. iij. Cuius vitam beatus bernardus scripsit. Hic ex parentibus christianis in hibernia natus: sacrisque litteris a pueritia eruditus in civitate armachia viginti quinque annorum presbyter factus verbis domini instantius predicare cepit. Deinde marci senes episcopi lesiuo: adiecit: ut ab eo divinis plenius informaretur: qui etiam episcopus miraculorum signis clarebat: cui eodem per aliquot mansit annos. Dum autem pro sorore sua defuncta quorundam celebraret: et occupatus aliis per dies. xxx. missam intermisset: nocte sequenti vidit per spiritum sororem se diebus totidem nihil gustasse conquirentem. Et cum pro eius expiatione celebratam missam resumpserit: visa est sibi usque ad limen ecclesie pervenisse. Iterumque in eodem perseverans vidit illam ecclesiam introisse: sed altare contingere non posse. Et rursum missas perscquitur: vidit eam inter candidatos numerum aggregari: et sic eam intellexit ad celos evolasse. Postmodum autem in loco beatorum sibi a divite quodam oblato monasterium reparavit: quod dudum antea fuerat devastatum: de quo olim sanctus colubanus ascenderat. Ibi quoque cum monachis abbas ipse deo servire cepit: ubi dum vnus ex eis operarius ligna cederet: et securis ferrum de manibus extulisset: invocato malachia ferrum vestes illius solummodo cecidit: sed carne omnino non tetigit. Ibi etiam opprobrium quendam cui infanti demum suadebat: ut abbatem cultello percuteret ab infestatione maligni spiritus liberavit. Et michaelis clericum a gravi dysenteria sanavit.

Cumque esset annorum. xxx. quibus inuitus electus est episcopus comerorh. Et cum electioni renuciare vellet: tamen mandatum sui magistris episcopi lesiuo: acquiescit: et episcopus curam suscepit: ubi populum valde rebellē deo et clero: ac ecclesie infestum: ad penam summa sapientia et mira difficultate reduxit: et ad bene vivendum informavit. Post hec dum celsus armachanus archiepiscopus infirmus esset: seque mori conspiceret: suis clericis persuasit: nullum nisi mala christiana episcopi eligendum: ad extirpanda potissime quorum ruda pravorum potentum consuetudine: quae neminem nisi